

# Notas para una biografía de Fr. Alonso de Madrid, O.S.A. (†1563)

POR

† SATURNINO LÓPEZ, OSA.

## NOTA PRELIMINAR

“Hombre de renombre inmortal” consideraba nuestro historiador Jerónimo Román al P. Alonso García de Madrid, que fue su contemporáneo.

Este personaje, que fue connovicio de Sto. Tomás de Villanueva en el convento de S. Agustín de Salamanca y que como él fue Provincial —dos veces— de la Provincia de España, dejó detrás de sí una huella luminosa de su administración de la Provincia en varios campos, especialmente en haber trabajado por la canonización de S. Juan de Sahagún y por haber sido el fundador del convento de S. Felipe el Real de Madrid durante su primer provincialato (1545-48) y del convento de Segovia durante el segundo (1554-57).

Hombre de acción más que de estudios, favoreció éstos y favoreció las misiones. Pero su figura ha quedado un tanto oscurecida por el paso de cuatro centurias después de su muerte, que el P. Herrera coloca en 1663, y con razón, según el P. Vidal. Cuanto se sabe de él lo hemos visto sintetizado en las obras de los dos ilustres autores que acabamos de mencionar. El P. Herrera había tratado de él, sobre todo en relación con la fundación del convento de Madrid, en su *Alphabetum Augustinianum*, vol. II, pp. 132, 463. Las mismas noticias presentadas en castellano y en otro contexto las ofrece el mismo autor en su *Historia del convento de S. Agustín de Salamanca*, pp. 248, 293-294, 307. Este mismo material lo usó y repitió los conceptos el P. Manuel Vidal en su *Historia del observantísimo convento de S. Agustín N. P. de dicha ciudad*, Salamanca, vol. I, pp. 184-

187, 203, 206 y de nuevo, con datos nuevos, en forma de apéndice a lo escrito en el volumen primero, en el vol. II, pp. 320-321.

A propósito de este material para la biografía de Alonso García de Madrid es de advertir que, si importantes son las noticias que derivan de Herrera, no menos lo son las del vol. II del P. Vidal, recogidas en parte de Román y de anotaciones manuscritas de Sicardo. Román nos precisa, por ejemplo, dónde estaba el lugar exacto de su tumba, que debía estar todavía fresca cuando él publicaba su crónica.

Para completar el cuadro biográfico de este religioso, digno contemporáneo de tantos santos y sabios religiosos como ilustraron nuestra familia religiosa en el siglo XVI, son de notable interés las notas que sobre él se conservan en los Registros de los Piores Generales de la Orden en el archivo central de Roma. Estas notas, recogidas, ordenadas y copiadas a máquina por el P. Saturnino López († 1944), se conservan hoy, en medio de millares de cuartillas escritas por el mismo Padre, en una de las carpetas que forman el pequeño fondo que lleva su nombre en el Archivo General (carpeta XX, pp. 197-226).

Este material que ahora publicamos, como podrá comprobar el estudioso que se adentre en el tema, confirma en buena parte las noticias que ya sabíamos acerca del P. Alonso García de Madrid —por ejemplo su presidencia en el capítulo provincial de 1545— y las amplía notablemente, sobre todo para el arco de tiempo de su doble mandato como Provincial.

Este florilegio termina con una noticia del 18 de abril de 1560 relativa a una petición que le hizo el P. General a fin de que consiguiese del rey de España alguna ayuda pecuniaria para la reconstrucción del convento romano de Sta. María del Popolo. Pero el P. Alonso García de Madrid vivió todavía tres años más, tal vez retirado de la actividad administrativa de la Provincia.

Como Apéndice publicamos la transcripción de una carta suya autógrafa al príncipe D. Felipe (futuro rey de España Felipe II), en la que le daba cuenta del estado de las obras del convento e iglesia y le pedía el diseño para el escudo que debía campejar sobre el arco de la puerta principal. Esta carta ha sido localizada y recogida por el P. Quirino Fernández en el Archivo de Simancas. Tiene el mérito, aparte del contenido histórico al que hemos aludido, de confirmar documentalmente que su nombre completo era *Alonso García*, como ya nos había indicado el P. Vidal en el vol. I de su obra, el

cual en el vol. II de la obra facilita también los nombres y apellidos de sus padres y el año de la profesión, que fue 1517.

En la esperanza de hacer una cosa útil a la historia de la Orden con la publicación de estas notas latinas, creemos colaborar a que den finalmente su fruto tangible tantas horas de trabajo obscuro y anónimo como consumió en sus días el P. Saturnino López, a cuyo nombre se publican estas páginas.

La Redacción

## DE FRE. ALFONSO DE MADRID

### *Ex Registris Rmor. PP. General. Ordinis*

1 - An. 1542, iul. 18 - Romae - Priori Vallisoleti, Fri. Thomae Villanovano - De re, cuius causa fr. Alphonsus de Madrid Romae morabatur, cum Summo Pontifice nos locutos fuisse diligentissime, sed nihil profecisse; ex multis rationibus, quas cum praedicto Alphonso communicavimus, qui putabat se alia via consecuturum quod optabat. - Reg. Rmi. P. Hieron. Seripandi, Dd. 19, pag. 212.

2 - An. 1543, maii, 4 - Romae - In actis Capituli generalis hac die incepti, Fr. Alphonsus de Madrid inter "Difinitores pro absentibus" est nominatus. Reg. eiusd. Rmi. P. Gen. H. Seripandi, Dd. 20, fol. 61v.

3 - Eod. an., iun. 10 - Bononiae - Concessimus Fri. Alphonso de Madrid, ut Curiam SSmi. D. N. et Caroli V, Imperatoris, sequeretur, pro negotiis suae provinciae expediendis. - Reg. ut supra, fol. 87v.

4 - An. 1544 mart. 25 - Romae - Concessimus Ven. fri. Alphonso de Madrid, Priori de Chinchón, provinciae Hispaniae, ut posset praebere cuidam consobrinae suae nubili usque ad summam quinquaginta ducatorum, de iis, quos sua industria, pro elemosina, acciperet, vel sibi acquireret. Facultatem quoque eidem fecimus recitandi officium novum, cum non tenetur interessé divinis cum aliis fratribus illius conventus, ubi degeret. - Reg. ut supra, fol. 155v.

5 - An. 1545, ianuar. 31 - Romae - Fr. Alphonsus de Madrid Praeses et Vicarius Generalis in futuro Capitulo provinciali - "Cum tempus appetere videremus... Quae omnia ut fiant a vobis ac si nos praesentes essemus, Praesidentem Capituli et Vicarium nostrum durante Capitulo instituendum putavimus Ven. frem. Alphonsum de Madrid, quod facimus, partim quia cum nobiscum longo tempore fuerit, multa vobis explicare poterit de mente erga vos nostra, quae literis non satis commode significari possunt; partim vero, quia publici honoris vestri et incrementi studiosissimum eum esse agnovimus, nullos labores expavescentem pro amplificanda vestra et totius Ordinis dignitate. In aliis vero capitulis, proteritis antiquos religionis mores et sanctas consuetudines tenere, ut eum praesidentem capituli vestri et vicarium accipiat, cui locus hic contigit, an-

tiquierem, scilicet, praecedentis capituli diffinitorem. Praedictum autem fratrem Alphonsum monemus et in Domino hortamur, ut potestate sibi tradita ad aedificationem utatur, curetque in primis, ut provincialis eligatur vir tanto oneri par, doctrina scilicet et vita conspicuus et venerandus, qui ita imperet aliis, ut pareat ipse Deo et legibus ac statutis Ordinis etc. etc. - Eiusd. Gen. Reg. Dd. 21, fol. 45v-46v.

6 - Eisd. an., mense et die - Ibidem - Diffinitoribus Capituli Provinciae Hispaniae - Quae publice scribere nolimus... Mandamus vobis, ut una cum Ven. Praesidente, quem in hoc iudicio nostras vices tenere volumus, cognita eius prudentia et in vestram provinciam amore, omnia acta de omni administratione praefati fris. Francisci (de Nieva, Provincialis), adhibite iuramento et examinatis testibus, vestigetis etc. etc. - Ibidem, fol. 46v-47.

7 - Eisd. an., mense et die - Ibidem - Vicariis Lusitanis et fri. Ioanni Suares - Commendare vobis Ordinis honor et Dei optimi Maximi gloria nos cogit sanctum opus, cuius gratia ad vos proficiscitur Ven. fr. Alphonsus de Madrid, qui miro Ordinis zelo tactus, nobis et provinciae suae Patribus iubentibus, onus caepit in Sanctorum numerum redigendi sanctae memoriae Patrem B. Ioannem de Sto. Facundo, etc. - Reg. Dd. 21, ut supra, fol. 48.

8 - Eisd. an., mense et die - Ibidem - Fri. Alphonso de Madrid - Ven. Fri. Alphonso de Madrid concessimus, ut quinque fratres, ad studia idoneos, ex provincia seligere posset atque in Italiam mittere, et unum Parisiis, ut bonis literis operam darent. Dedimus quoque eidem, ut facultatem faceret tribus Ordinis nostri fratribus recitandi officium novum, quando non tenentur interesse divinis cum aliis fratribus. - Reg. ut sup. 21.

Eidem fri. Alphonso, ob collata per eum in Remp. beneficia, concessimus ut annuatim, ad libitum suum, disponere posset usque ad summam XX ducatorum, ex elemosynis, quae sibi propriae personae intuitu a fidelibus largirentur, et suis parentibus succurrere.

Praedicto Fratri dedimus literas credentiales ad Ven. frem. Didacum López, priorem Toletanum. - Ibid. fol. 48v.

9 - Eisd. an., mense et die - Ibidem - Conventui Barchinonae - Per literas ad Conventum Barchinonensem, commisimus praedicto fri. Alphonso, ut eum visitaret nostra auctoritate, omnemque administrationem praeteritorum annorum, ex quo illinc discessimus, ac vitam quorumcumque fratrum videret et ad nos exactam omnium informationem transmitteret. - Ibid. fol. 49.

10 - An. 1545, febr. 23 - Romae - Definitoribus Capituli Hispa-

niae - *Frem. Alphonsum de Angelis in provinciam suam Hispaniae, ad Praesidentem et Definitores capituli remisimus, committentes eis, ut causam suam audirent ac dirimerent, atque, si repertum fuerit verum exposuisse, de aliquo loco, in quo quiete vivere posset, sibi providerent. Querebatur, enim, se ita male tractatum a suo Priore fuisse, ut coactus fuerit in Italiam, ad nos, se conferre. - Reg. Dd. 21, ut supra, fol. 50.*

11 - Eod. an., august. 14 - Tridenti - Provinciali Hispaniae, Fri. Alphonso de Madrid - Confirmatio ipsius et actorum capituli Provinciae - Quod res Capituli vestri, te praeside, recte atque ut opinabamur, evenerint, laetamur, et eo magis, quo istius provinciae Patres te, prae caeteris, in Provincialelem elegerunt, de quo non est quod quippiam, si tui memor fueris, unquam timeant; sed omnia de te sibi promittant; qua in opinione quum et nos simus, te electum harum serie literarum, nostrique officii auctoritate, confirmamus, et ea tibi omnia concedimus, quae caeteris provincialibus hactenus concessa fuerunt. In nomine Patris etc.

Hortamur vero te in Domino et monemur, ut nihil eorum, quae ad conservandam et angendam religionem spectant, praetermittas; sed ea, ipsa diligentia, quam nos Romae in te vidimus, et maiori etiam, si fieri potest, pertractes, quatenus res vestrae ad primam formam tuo studio redactae materiam praebeant spectatoribus Deo gratias agendi et te sincere amore continuo prosequendi. Definitiones quoque et acta Capituli cum familiarum dispositionibus confirmamus. Ultimam definitionem, quae de mittendis et recipiendis literis est, ita interpretantes, ut ad Superiores Ordinis non extendatur. Volumus, enim, ut omnes fratres ad suos superiores dare possint literas et ab eisdem recipere.

Quod de prioribus, quos, cum triennium prae fuissent, in suis officiis, magistratu prorogato, confirmastis, actum est, pro hac vice probamus, cum urgeat, ut scribitis, locorum necessitas. Trahi vero huiusmodi prorogationes in consuetudinem, suspitione forte aliqua non careret.

De studentibus in Italiam, aut Lutetiam mittendis, cogitaveramus ad decorem et incrementum ipsius provinciae id fore, *cum sciremus eam viris doctis et qui ubique locorum de se periculum facere, religionemque nostram honestissimis studiorum actibus decorare possint, egere*; quod et ex iis, quae istis diebus acciderunt, redditur clarissimum, quoniam, cum pro Concilio habendo deligerentur doctores Theologi, qui cum Rmis. Episcopis in Italiam ex Hispaniis

venirent, neque per Caesarem neque per Regni Consules, aut selectos Episcopos, ulla fratrum nostri Ordinis facta est mentio, cum multi ex Praedicatoribus et Minoribus huc pervenerint. Quo putatis nos dolore et moerere affici, cum, praeteritis nostris, alios electos et conductos videamus! Scimus praeclaram esse Universitatem Salmanticam. Scimus plurima vobis esse Collegia; sed hanc pro nostris videmus sterilem, et illa nihil frustus hactenus attulisse! Hac de causa scripsimus, ut ad Studia Italiae et Lutetiae vestros iuvenes mitteretis, quod cum praetextu paupertatis subterfugiatis, vobis annuimus et quod petitis damus, expectaturi fructus, quod vobis ipsi ex Collegiis vestris et Salmantica Universitate promittitis...

De Constitutionibus Capituli Domnis celebrati, cum a Patribus illis gravissimis, quo nobiscum erant et subscripserant, acceptae fuerint, non potest tam facile vobis concedi earum recognitio et mutatio, praesertim cum sciamus eos ad bonum Provinciae et animarum salutem tunc oculos simul et animos convertisse. Quoniam, aut humanae constitutiones et leges pro temporum varietate mutari solent, concedimus tibi et Ven. Definitoribus, ut eas recognoscatis, nihil dementes vel immutantes, nisi prius ad nos rescripseritis, deque mutandis quae petieritis, vobis potestatem fecerimus...

Curabis deinde, ut mature et diligenter Constitutiones antiquae videantur a Ven. Magro. Antonio Villasandino et fre. Francisco de Nieva, quibus id oneris imposuistis, iuxta ordinem Capituli nostri Romani, ad Capitulum sequens deferendae...

Prudenter demum et mature tuo fungaris officio; labores non metuas, pericula non extimescas, ut isti provinciae, quae tua opera eget, subvenias; sciasque nos tibi nunquam, si oportuerit te auxilio nostro uti, defuturos. Vale - Reg, ut supra Dd. 21, fol. 106v-108.

12 - Eod. an., novemb. 7 - Tridenti - Litterae Provinciali Hispaniae, Fri. Alphonso de Madrid - Quo magis res istius provinciae tuo studio et diligentia bene habebunt, eo magis laetabimur, neque quicquam simile nunciari poterit, quod tantam afferat iucunditatem. Quod si perseveraveris, abunde erit per te satisfatum opinioni et expectationi nostrae.

Quia vero plura in tuis literis petis, quae nobis visa sunt concedenda, his literis tibi concedimus: Primum, quidem, auctoritatem promovendi ad sacerdotium eos qui XXIII annum attigerint, modo fuerint vita et eruditione eo munere digni, quod totum tuae conscientiae remittimus.

Similiter, praebendi facultatem praedicandi et confessiones audiendi egredientibus e studio Theologiae, habita prius diligenti exa-

minatione eruditionis eorum, quae matura et ab affectu aliena esse debet.

Concedimus etiam, ut fratres, existente causa legitima, de una visitatione in aliam transferre possis, sine vocis tamen privatione; neque displicet nobis, ut loca vestra, quae sunt extra oppida, ad *solvendum cogatis pro perficiendo Collegio de Alcalá*; inmo volumus et decernimus, quo facilius et citius fructum videamus iuvenum vestrorum, qui apud vos dedunt se literis.

Quod scribis te missurum Parisius frem. Hieronymum de Strada et alios duos, gratum nobis est, damusque tibi licentiam mittendi quot placuerit, modo spes sit frugis in eis.

Quod de *marranis* scribis, visum est nobis Constitutionem illam non esse ita arctandam, ut potius periculum quam commodum provinciae faciat. Sicut enim a patre in re temporali sumitur nomen, ita et in hac causa ad patrem solum perspiciendum esse videtur.

Fr. Hieronymus de Cardenas in Italiam sine tua venia pertransiit, iussimusque, cum bonae indolis videretur, ut Bononiae moraretur et daret ibi se literis. Interea tu causam sui discessus significabis, ut, ea habita, pro meritis cum eo agamus.

Res demus istius provinciae cura et Deum pro nobis exora. - Reg. ut supra, fol. 125v-126.

13 - An. 1546, ianuar. 14 - Tridenti - Provinciali Hispaniae - Scripsimus Ven. Provinciali Hispaniae, Fri, Alphonso de Madrid, laudandum esse consilium suum de Magro. Francisco Nieva ad Concilium cum Discreto, Caesare promovente, mittendo, et monuimus eum, ut, si fieri posset, praedicto Magistro permetteret, ut prioris officio in Conventu Hispalensi fungi, infirmitatis habita ratione, non cogeretur. De definitionibus rescripsisse nos defnitoribus significavimus. Demum, hortati sumus, ut licentiam ad nos veniendi fratribus petentibus concederet, neque permetteret, ut in censuras caderent, sicut quidam fecerat. - Ref. ut supra, Dd. 21, fol. 140.

14 - Eod. an. 1546, mart. 27 - Tridenti - Provinciali Hispaniae - Scripsimus ad Ven. Provinciale Hispaniae, frem. Alphonsum de Madrid, ut curaret fri. Didaco de Salamanca, Burgensi, qui omnia bona sua Conventui Burgensi reliquerat, ad sumam septem millium ducatorum ascendentia, per dictum Monasterium de subsidio, de subsidio, (?) quod petebat, vel de alio provideri, ut posset sustentari in omnibus necessariis ad studium suum, in Universitate Vallisoleti, seu alia, prosequenda. Petebat autem sibi concedi summa ducentorum ducatorum, quae adhuc ex patrimonio suo restabat, nec ad monasterium pervenerat; et hac de causa retineri apud aliquem per ipsum nominandum. - Reg. ut sup. fol. 153v.



15 - Eisd. an. et mense, die 30 - Ibidem - Provinciali Hispaniae, fri. Alphonso de Madrid - Concessimus Fri. Antonio Prugo, de Provincia Hispaniae, ut una cum quodam fre. Gregorio Parisiis stude-ret, modo Provincialis id probaret. - Reg. ut supra, fol. 155.

16 - Eod. an., maii 27 - Tridenti - Provinciali Hispaniae, Fri. Alphonso de Madrid - Literis tuis instanter petis, ut liceat tibi sub censuris praecipere fratribus, cum occurrit necessitas, cum ex nos-tris literis ad Definidores datis, cognoveris nolle nos ut eam potes-tatem, neque tu neque Priores habeant. Quomodo vultis fratres hoc iugo premere, qui censuras nostras pro bono et saluti istius provin-ciae difinitionibus Capituli Domnis celebrati appositas, levari, qua-si onus importabile, procurastis? Concedimus, tamen, tibi, ut in vi-sitatione tua, pro reperienda veritate, censuris uti possis. Similiter etiam prioribus. In reliquis autem volumus quod ad Definidores scripsimus in suo robore permanere.

Fratribus, qui ad nos veniendi facultatem petunt, sicut nolimus eam, si iustam causam habent, negari, ita nolimus faciliter et quacumque ex causa concedi. Tua ergo in hoc prudentia utere, de qua bene speramus. De fratribus vero de quibus informationem mit-tis, quid agendum nobis sit cogitabimus.

Quod de Conventu Madrid nobis significasti, fuit gratissimum; donet tibi Dominus Iesus, ut tantum opus perficias et in aliis civi-tatibus ibidem efficias.

Cum Mag. Franciscus Nieva nolit, excusatione praemissa vole-tudinis adversae atque senectutis, ad Concilium neque ad Capitu-lum generale venire, neque alium, qui mitti possit, habeatis, vides quo in loco sint res vestrae. Nonne deplorare deberes statum eius et tecum lachrimari? Loca in dies construitis, fratres quotidie induitis, neque sic tamen eos instruitis, nec instruere vultis, ut vel duos eru-ditos in tanta provincia habeatis, qui pro religione nostra inde ad Concilium venire possint; et ad Capitulum item pro habenda cathe-dra disputationis ausint se conferre. Non pudebit te tui officii, nisi tanto istius provinciae malo occurreris et remedium adhibueris? Age, ut te auctore fiat, quod hactenus in aliis religiosis satis abunde factum esse videmus, scilicet, ut in Galliam aut Italiam ad studia mittantur fratres, qui lumen isti provinciae quandoque praebeant. Caetera omnia in Generali Capitulo considerabuntur. Vale. - Reg. ut supra, fol. 173-173v.

17 - Eisd. an. et mense, die 28 - Ibidem - Provinciali Hispaniae, fri. Alphonso de Madrid - Ven. Provinciali Hispaniae, Fri. Alphonso de Madrid, mandavimus, ut praedictis fratribus (Fri. Ioanni a Sto. Romano et Georgio de Avila, Vicariis Provinciae Novae Hispaniae,

nominati antea, ead. pagina) concederet X aut XII fratres perdu-  
cendos in Novam Hispaniam, qui eis, praedicando et docendo, es-  
sent auxilio; et si alter illorum pro expediendis negociis apud Cu-  
riam remanere cogereetur, sibi faveret et esset adiumento, neque in-  
de in Novam eos Hispaniam, rebus suis imperfectis, cogereetur abire.  
Curaret, denique, ut subsidium studentibus dari solitum, fri. Gar-  
siae Hispalensi, Venetiis degenti, redderetur. - Ibid. Reg. cit. Dd. 21,  
fol. 174.

18 - Eod. an. 1546, iun. 15 - Tridenti - Conventui Barchinonen-  
si - Ex multis conlicere potuistis quantum locum istum diligamus,  
rebusque ipsius bene consuli cupiamus et in hoc unum conversi to-  
ti simus. Sed illud, prae caeteris, studium nostrum ostendit, quod  
Visitatorem istuc misimus Ven. Frem. Alphonsum de Madrid, nunc  
Hispaniae Provincialem, ut ea una via cognosceremus quo in statu  
res vestrae essent, quibusve per nos providendum esset, quae mala  
tollenda, qui abusus levandi, quae corruptelae auferendae et quo  
pacto, quod salutis cuiusque loci caput est, pax introduci posset, si  
abesset.

Vidimus, perlecta illius visitationis informatione, quae nobis  
pro loco isto agenda erant, et priorem, qui nobis opportunum vide-  
batur, instituimus, vosque de multis admonuimus, cum crederemus  
nostros monitus vos accepturos et rebus vestris, nobis expectantibus,  
provisuros. Nihil tamen adhuc, eorum, quae agenda erant, fecistis  
sed a vobis potius in multis peccatum est etc. etc. Reg. ut supra, fol.  
182-183.

19 - Eod. an., august. die 7 - Tridenti - Rmus. P. Generalis hac  
die Provinciis Galliae, Hispaniae, Alemaniae, Ungariae, Bavariae et  
Terrae Sanctae denunciat Capitulum Generale celebrandum Reca-  
neti an. 1547 circa festum Penthecostes. - Reg. Dd. 22, fol. 16v-17.

Et in litteris missis Provinciis Hispaniae et Lusitaniae, quae se-  
cuntur sunt addita: "Ad Capitulum quidem Neapolis similiter et Ro-  
manum nemo vestrum, accessit et nos tulimus, excusationesque ves-  
tras accepimus; nunc vero, nisi aliquem miseritis, non feremus, ne-  
que vestras post hac excusationes admittemus - Provinciae Hispa-  
niae tantum: "Si quem ad proponendas et defendendas *Conclusio-  
nes* aptum et idoneum habetis, mittite; is enim, et istius provinciae  
causa et virtutum suarum ratione, nobis erit gratissimus". Ibid. fol  
18.

20 - Eisd. an. et mense, die 8 - Ibidem - Provinciali Hispaniae,  
Fri. Alphonso de Madrid - Mittimus ad te literas publicas, quibus  
Capitulum generale indicimus. Curabis, ergo, ut Definitor istius pro-

vinciae nomine veniat, vir quidem gravis et qui ad omnia munera obeunda sit idoneus. Tu nosti an deceat definitorem virum gravem et probum esse, quique noverit quae tractanda sunt cum caeteris pertractare, neque tantum ad proposita per verbum placet respondere. Propterea, nulla in hoc tergiversatione utaris, neque nos simulaturos, si defueris, tibi suadeas, Nam si Dominicani, viri certe laudatissimi, ut tu etiam Romae vidisti, undique ex Hispaniis Romam ad capitulum veniunt, cur nostri venire nolunt, aut etiam non dignantur? Mitte, ergo, iusta antiquam Ordinis consuetudinem, qui mittendi sunt, neque honori tuo et existimationi provinciae desis. - Reg. ut supra, fol. 19.

21 - Eisd. an. et mense, die 14 - Ibidem - Provinciali Hispaniae, Fri. Alphonso de Madrid - Prior et fratres Conventus Toletani, per literas suis manibus subsignatas, testantur frem. Alphonsum de Contreras, non studio et ex certa malitia, sed affectione et ira, quae animum ne quod aequum est videat, impedire solent, adductum, fratrem alium, qui se iniuria affecerat, hic verbis taxasse: "Non sum ex patre iudaeo, qualis tuus erat, progenitus". Cuius errirus causa, etsi iuxta mandata nostra poenas dederit velle te a Conventu Toletano et provincia ipsum exulare affirmant, simulque nos rogant, ut eius misereamur, neque permittamus, ut, hac vice, praesertim cum ex ignorantia et ex primo impetu, qui in potestate hominis non est, ceciderit, non pellatur. Propterea, si res ita (se) habet, benigne cum eo agas, neque ejicias. Rebelles enim et pertinaces, non qui ex infirmitate peccant et peccasse dolent, ejiciendi sunt. Vale. - Reg. ut sup. fol. 21v.

22 - Eod. an. 1546, octob. 25 - Tridenti - Provinciali Hispaniae fri. Alphonso de Madrid - Laudamus diligentiam tuam in iis, quae pro *Collegio Complutensi perficiendo cum Rmo. Archiepiscopo Valentino (S. Thom. a Villanova) et pro canonizatione B. Ioannis de Sto. Facundo*, cuius vitae examen factum esse scribis, cum P. Episcopo Coymbricensi (Fre. Ioanne Suarez de Freguesia, O. N.) factururus es. De Ven. Magro. Francisco de Nieva, si propter senectutem ad Capitulum generale venire non potest, alium mittas, neque ullo pacto desis.

Capitulum in Italia, in agro piceno fiet, in civitate Recanatensi, apud divam Virginem ad Lauretum, ut ex literis, quibus Capitulum indiximus cognosces.

De duobus iuvenibus eruditis, mittas illos omnino; ipsis enim pro virtutum suarum ornamento non deerimus, peractisque Comitibus aut Lutetiam, aut in unum ex melioribus studiis Italiae eos mittemus.

De collecta nihil scimus, sed cum Ven. Mag. Iohannes Antonius Patavinus eam receperit, faciet te certiolem.

Quod de prioribus domuum minorum instituendis, habito maioris partis fratrum in dictis domibus commorantium consensu, petis, concedimus; nolumus tamen ut in sequenti capitulo vocem habeant. Idem de Fre. Petro de Madrid, quem Conventui de Salmeron prae-fuisti, intelligimus. Vale - Reg. ut supra, fol. 37-37v.

23 - Eod. an., novemb. 17 - Ibidem - Provinciali Hispaniae, Fr. Alphonso de Madrid - Tribus de rebus, quae non parvi momenti sunt, duximus te admonendum, ut quae per te agenda sunt videas et ubi oportuerit tua prudentia et charitate provideas.

R. D. Episcopus Calaguritanus quantum ad rem christianam et servandam et augendam in sua dioecesi faciat praedicatio verbi Dei nobis exposuit, quantumve ipse id per nos, quos inter caeteros religiosos cordi habet, fieri cupiat, syncere aperuit, quo nos, qui christianae religionis incrementum maxime exoptamus, decrevimus, ut ad locum Bilbai virum aliquem prudentem et doctrinae sanae mittas, qui non modo eo in loco, praedicatoris fungatur officio, sed et in omnibus viciniis suis, ad communem populorum utilitatem, verbum Dei pure, sancte et clare, cum necessitas fuerit, interpretetur. Hoc igitur remota omni excusatione, quamprimum facias, neque loco illi et toti dioecesi, quam tibi plurimum commendamus, ullo pacto desis.

Deinde, quia intelleximus quod Conventus Hari bona quaedam iure legati, ex cuiusdam testamento, habet, sub ea conditione, ut Studium in eo monasterio erigeretur, ex quo, non modo fratres nostri, sed et alii commodum reportarent, mandamus tibi, ut fratres studentes illuc mittas, deque lectoribus eruditis eis provideas, qui et fratres nostros et alios, si opus fuerit, doceant et ad virtutes provehant.

Denique, literis publicis ad conventus nostros in dioecesi Calaguritana positis datis, praecipimus, ut nemo ex fratribus nostris ausit infirmos, sine licentia curatorum, communicare, cum periculum quandoque animarum sit, si curati aegrotos filios suos ignorent. Tu, ergo, id servari cures, et, si quem a regula nostra deflectere inveneris, corrigas et punias, ita ut discat timere et obedire. Tuae prudentiae et diligentiae, quam in aliis negociis experti sumus fidentes, paucis tecum agimus. Vere ergo prudentia tu et opinionem nostram non fallas. Vale in Domino. - Reg. ut supra, fol. 41.

24 - An. 1547, ianuar. 20 - Tridenti - Provinciali Hispaniae Fri. Alphonso de Madrid - Fr. Ferdinandus Ulisponensis, sine Patrum

suorum venia, ad nos venit, quam ab eis non petiit, cum sciret se non cosequuturum quod optabat. Nos, autem, cum ob loci distantiam veritatem discessus sui intelligere nequeamus, duximus eum ad te remittendum, ut, re perspecta, pro meritis cum eo agas. Scribes, igitur, nostro nomine ad Ven. Vicarium nostrum, frem. Franciscum de Villafranca, et sciscitaberis qua ex causa praedictus frater, eo inconsulto, inde ad nos venerit. Quod si hominis levitatem in causa fuisse compereris, ipsi ignoscas. Sat, enim, poenarum dedit ad nos veniens. Si vero aliquo scelere perpetrato eum aufugisse inveneris, iuxta Ordinis disciplinam, ipsum punias; deinde in provincia ista locum sibi assignes et cum caeteris tuae fidei creditis commorantem, ita tractes, ut mores eius expostulare videbis.

Facultatem quoque eidem fratri fecimus in praefatam provinciam Hispaniae revertendi. - Reg. ut supra Dd. 22, fol. 50v.

25 - Eod. an. 1547, febr. 27 - Tridenti - Provinciali Hispaniae - Frem. Georgium Matris Dei, lusitanum, subdiaconum, qui ad nos venerat sine Superiorum venia, ad Provinciale Hispaniae, frem. Alphonsum de Madrid, remisimus, ut in Conventu ac studio Salmanticensi ipsum locaret; qui, ne dicto conventui oneri esset, promisit quolibet anno quindecim ducatos se daturum. Dispensavimus etiam cum eo aetate, quae erat XXII annorum, ut ordinem sacerdotii suscipere posset; si autem aliquod scelus commisisset, iussimus ut ipsum puniret, a Vicariis nostris Lusitanis veritate intellecta. - Reg. ut sup., fol. 55v.

26 - Eod. an., april. 19 - Bononiae - Provinciali Hispaniae - Ven. fri. Alphonso de Madrid commisimus, ut fri. Didaco Lusitano habitum nigrum, quem eidem abstulerat, redderet. - Reg. ut supra, fol. 59v.

27 - Eod. an., iun. 3 - Recaneti - Provinciali Hispaniae Fri. Alphonso de Madrid - Ven. Provinciale Hispaniae monuimus, ut praestaret pollicita de subsidio studentibus mittendo.

Postulavimus quoque, ut de fre. Sebastiano de Murtia, qui ad nos sine licentia venerat, nos certiores faceret qua ratione discessisset, quem, ne in desperationem laberetur, in provintia locaveramus Aragoniae.

Denique, ne arrogans esset in suos fratres minis atque obprobriis, cum eis agendo, qua de re quidam querebantur. - Reg. ut supra, fol. 94v.

28 - Eisd. an., mense et die - Ibidem - Concessimus Fr. Hieronymo de Santaren, ut in Lusitaniam quandoque se conferre posset

visendorum parentum causa; quod tamen faceret cum ven. Provincialis Hispaniae venia.- Ibid. fol. 95.

29 - Eod. an., iul. 10 - Romae - Provinciali Hispaniae Fri. Alphonso de Madrid - Collectam nobis redditam manu Magri. Ferdinandi scito, in tribus aureis nummis, quorum unum pro XX, reliqui duo pro IIII ducatis erant. Debemus autem non parum tuo amori, qui cito nostrae indigentiae opem tulisti et moneta quoque Sanctiss. Regum memoriam refricasti, quorum utinam nunc in tanto rei christianae discrimine et prudentiam et zelum haberemus. Sed pro illis omnibus sustinet tantam molem Carolus, unus dignus fortunarum et sapientiae haeres.

De Monasterio Madritico magnopere gaudemus, in quo tuam dexteritatem ac diligentiam laudamus, atque Hispaniarum Principi optimo gratias agimus, pro cuius felicitate quotidianae erunt nostrorum omnium preces. Hoc quod praestare possumus gratitudinis signum, libenter retribuimus.

Nullo nunc nobis opus est alio subsidio, in quo etiam offerendo tua patuit benevolentia. Speramus, enim, cum consuetis collectis, ubicumque tandem futurum sit concilium, nostrae posse ineptiae subveniri. Si quid ad nos de tua administratione deferetur, id, nisi te prius audiamus, non diiudicabimus.

Causa Magri. Francisci Nievae, quoniam antiquata videtur ac per te, ut nos mandavimus, iudicata optimum putamus, ut silentio perpetuo sopiatur, amentque se mutuo omnes, salutis publicae operam dantes; teque monemus, ut in hoc omnem ponas operam. - Reg. ut sup. 22, fol. 107v.

30 - Eod. an. 1547, septemb. 9 - Florentiae - Provinciali Hispaniae - Frem. Petrum Romano de Soria, qui absque sui provincialis venia ad nos venerat, ad suum Provinciale (Frem. Alphonsum de Madrid) Hispaniae remisimus, ut eum susciperet ac pro meritis tractaret. - Ibid. fol. 115v.

31 - Eod. an., octob. 8 - Bononiae - Provinciali Hispaniae - Ven. fri. Alphonso de Madrid, provinciali Hispaniae, significavimus recepisse aram, quam ad nos miserat, et Ven. Magrum. Ferdinandum Hispanensem eidem commendavimus. - Ibid. fol. 118.

32 - An. 1548, maii 1 - Bononias - Provinciali Hispaniae (Fri. Alphonso de Madrid?) - Lator praesentium, Fr. Didacus de Porras, ad nos absque ullo venit testimonio. Dixit se apostatasse, ac cum redire vellet, a vobis relectum, quod id sine nostra licentia non permittebatur. Cum vero hominem nunquam viderimus atque ig-

noremus an vera loquatur, eum ad te mittimus, ut, si recipiendus videatur, servata Ordinis disciplina, recipias. Si secus, in tua totum sit positum conscientia. Ante omnia, autem, considera, qua causa apostataverit, animi ne levitate, an gravi aliquo facinore, et re bene pensata, quid agendum sit, Deo invocato, iudicabis. - Ibid. fol 171.

33 - Eod. an., iul. 27 - Bononiae - Fri. Alphonso de Madrid (1) - Nescimus quomodo nostras literas non receperis, cum omnibus literis tuis responderimus. Forte vel argentariorum vel tabellariorum incuria periire, Saepe enim occurrit, ut intenti ad sua, parum aut nihil curent aliena.

Placuit ex epistola tua cognoscere, quae in Capitulo vestro (provinciali) acta sunt, quove ordine et pace cuncta disposita. Miramur vero quod acta Capituli, una cum dispositionibus familiarum, ut moris est, non transmiseritis; et eo magis miramur, cum tu in definitorio fueris, qui horum memoriam prae aliis habere debebas. Num ignoras tu hoc alias factum? *Laudamus diligentiam tuam, qui nos de omnibus fere per epistolam reddis certiores; de eo praesertim quod Rmus. Archiepiscopus Valentinus (S. Thomas de Villanova) velit exhibere fratribus in Collegio Complutensi degentibus, unde vivant. Id, enim, erit D(ominationi) Suae maximo honori, provinciae vero maximo commodo. Faciat Dominus, ut quod promisit incipiat et perficiat*". - Reg. Rmi. P. Gen. H. Seripandi, Dd. 23, fol. 12.

34 - In litteris Provinciali Hispaniae Fr. Francisco Serrano directis sub data 1 septembr. eiusdem anni, Rmus. P. Gen. scribit: "Volumus, ut cum consilio Definitorum, et praesertim fratris Alphonsi de Madrid, cui in officio successisti, statuas in Frem. Hieronymum de Cardenas condignam seu carceris seu aliarum poenarum pro quodam scelere. - Reg. ut supra, fol. 20.

35 - Item, an. eod., octob. 18, e Roma, Rmus. P. scribit Provinciali Hispaniae Fri. Franc. Serrano: "Scripsit Procurator Ordinis fri. Alphonso de Madrid, *nonnullos esse Romae*, qui unionem (Provinciar. Castellae et Bethicae) a se magnis laboribus et impensis impetratam, rescindere tentant; quare et tu vide ne quid ea res vobis afferat detrimenti". - Ibid. fol. 36v.

36 - An. 1548, decem. 23, Rmus. P. Gen. Seripandus Fri. Augus-

---

1. Ut patet alia littera, quae istae praecedit, fol. 11v-12, Provincia Hispania Capitulum provinciale, in loco quod non exprimitur, et in tempore similiter non expresso, celebraverat, in quo loco Fris. Alphonsi, Provincialis fuit factus V. P. Franciscus Serrano. Probabiliter, Capitulum eodem anno et mense fuit celebratum, vel forsam mense maii vel iunii.

tino del Castillo, Provinciae Hispaniae, concedit facultatem recipiendi "monasterium quoddam sibi offertum in Civitate Segobien-si". Reg. ut sup. fol. 51.

At immediate, sub eodem fol. scribit: "Ne inconsulti supra scriptam facultatem dicto Fri. Augustino concederemus, misimus eam Ven. fri. Alphonso de Madrid, ut si cognosceret id fieri posse absque aliqua, vel Ordinis vel alterius iniuria, nihilque in eiusmodi petitione incommodi latere, eam sibi consignaret; si minus, ad nos eam remitteret.

Concessimus autem praedicto fri. Alphonso, ut tribus Patribus suae provinciae, qui lectionibus ac concionibus occupati erant nec choro cum aliis fratribus interesse poterant, facultatem faceret posset horas canonicas secundum morem novum persolvendi".

37 - An. 1550, - ianuar. 13 - Romae - Fri. Alphonso de Madrid - Nullas accepimus a te literas, quibus non responderimus, quarum *memoria in Regest. Ordinis* conservatur. Quod si responsum non accepisti, incuriam tabellariorum incusa, non tedium nostrum; non enim tedet nos literis tuis, quas libentissime legimus, respondere, qui te alias ad scribendum de rebus provinciae, atque adeo tuis, hortati sumus.

Quod de Priore Vallisoleti per nos actum est, nunquam factum fuisset, nisi nimia imprudentia et impudentia Provincialis vestri nos ad id impulisset. Non, enim, erat per eum cogendi fratres, ut res Ordinis ad arbitros, decidendas per istos, reiicerent, praesertim cum nos appellassent. Non erat ei habenda ratio existimationis Ordinis, nostrae autoritatis et probitatis Ven. Magri. Antonii de Villasandino, viri gravis et docti, qui provincialis fuerat? Non debebat diploma SSmi. Dni. nri. Pauli III exoculari, nostrisque literis obtemperare, donec rem plenius cognosceremus, neque eas glosare, ut vulgo dicunt, atque interpretari? Non desunt qui dictum Provinciale accusent tyrannidis, deque eo querantur gravissime, et utinam falso accusent et querantur, quibus si aures, quemadmodum exoptant, non possumus enim eos non audire, exhiberemus et nos quotidie perturbaremur et provinciales perturbaremus. Multis nominibus arguendus a nobis esset et puniendus; ipsius tamen rationem habemus, et ipse Pontificiae autoritatis et nostrae non habet! Arguit ne hoc tyrannidem?

Dissimulamus plura et ferimus, ut vos rebus vestris consulatis, et qui praesunt, si non hodie, cras saltem ita cum fratribus agant, ut ipsi, non de potestate dominante, sed de charitate serviente gloriari posse videantur, cum non laudet eos Deus, sed arguat qui cum austeritate imperant et cum potentia. Nihil tamen proficimus.



Si quid autem deerat ad detegendam vestri Provincialis imprudentiam, illud addidit. Misit enim ad nos iuvenem rerum imprudentem, qui negociari quippiam nescit, arrogantiae tamen et superbiae; adde et temeritatis tantum habet, ut sicut tu gratus cum fratribus hic degentibus fuisti et gratissimus abiisti, quod et fri. Petro Alvarez contigit, ita ipse apud neminem gratiosus sit; neque, cum discesserit, futura sit ipsius memoria in benedictione. Expediemus tamen ipsum, omnibus rite perpensis.

Negocium, quod tibi pro canonizatione Beati Ioannis a Sto. Facundo impositum suscepisti, proseguere, donec perficias, neque ulla ratione frigescas, qui calere cepisti. Ven. enim Prior Vallisoleti, ad quem alligatas deferes, non erit tibi impedimento, sed auxilio. Monemus namque eum, omnem tibi exhibeat favorem et opem, quo expleas opus illud, tam diu ante coeptum, neque ad finem perductum.

*Literas, quas ad Rmum. Archiepiscopum Valentinum, Episcopum Coimbricensem et Vicarios nostros in Lusitania dari petiisti, ad te mittimus; curabis illas fideliter reddi.- Reg. ut supra, fol.*

*(Sequuntur litterae Rmo. Archiepiscopo Valentino (S. Thomae a Villanova) et Vicariis Lusitanis directis, quae mentionem specialem de Fre. Alphonso nullam habent. E contra, mentio de eo fit in sequentibus litteris, eodem die scriptis.*

38 - Priori Vallisoleti, M.<sup>o</sup> Antonio Villasandino - Ad conservandam loci istius quietem, Vicarium te nostrum instituimus, donec rem, de qua est inter Conventum istum et Provincialem controversia, cognosceremus, cum tuae prudentiae fideremus plurimum. Ad eam igitur conservandam, laborare debes et ad id nostra autoritate uti, cuius causa tibi commisa est, neque te factiosum, aut factiosorum fautorem te estendere, ne de te audiamus, quae nunquam nos audituros existimavimus.

Frem. Alphonsum de Madrid, cui negocium canonizationis beati Ioannis a Sto. Facundo commendavimus, istinc abire, rebus imperfectis, iussisti. In hoc, si ita est, peccasti; putamusque te, aliorum suasu eo deductum esse, ut illum missum faceres a conventu. Remittimus illum ad te; benigne suscipias hominem et benignius tractes, neque in omnibus, quae ad expedienda huiusmodi negocia necessaria esse cognoveris, ipsi desis. Hoc si feceris, existimationem tuam non modo non minues, sed augebis. Litteras tuas a discesu fris. Petri Alvarez non vidimus, et miramur. Esto diligentior et ad nos scribito. - Fol. 158-158v.

(An. 1550, die 30 Ianuar. Rmus. P. Gen. rememoratur alias ipsum monuisse Ven. Frem. Alphonsum de Madrid, dum erat Provin-

cialis, ut de studiis fovendis curaret, Epist. Ven. Provinciali, Definitoribus etc. Provinciae Hispaniae, fol. 165; et in ead. epist. fol., insistendo, addit: "*De Studiorum favore piget iam toties ad vos scribere. Novit, prae caeteris, fr. Alphonsus de Madrid, quantopere eum monuimus, et verbo, dum Romae esset, et epistolis, dum provinciae praeeset, ut vel constructis Cogegiis, vel Gymnasiis in conventibus ordinatis, quemadmodum in Italia fit, bonae apud vos litterae promoverentur et etiam tollerentur a iuventute, et tandem viri clarissimi in omni doctrinae genere in vestra provincia procrearentur.*"

39 - An. 1550, ian. 30 - Rome - Fri. Alphonso de Madrid - Cum quaeraris quod literis tuis non respondeamus, cogimur te de hoc reddere certiore, quod nullas a te literas accepimus, quibus non responderimus. Ultimis tuis respondimus, literasque omnes, quas ad Episcopos, Vicariosque nostro Lusitanos et Priorem Vallisoleti petebas, fri. Petro de Valmaseda dedimus, ad te mittendas.

Negocium de quo vobis est cum Conventu Vallisoleti controversia, expeditivimus, prout in literis ad Ven. Provinciale, vosque Definitoribus scriptis videbis.

Quod scribis, ut in eo, quod per nos actum est, ponamus oleum, scias vestrum esse illud apponere, qui nos irritastis atque ad agenda ea quae pro Conventu Vallisoleti egimus, compulistis. Satis tamen et nos apposimus. ut res istius provinciae componantur, neque turbidae perseverent. Curabis tu, qui et consilio polles et amorem ac zelum religionis praetefers, ut statim quae pro concordia et Studiis erigendis mandamus, fiant, neque eorum quippiam praetermitatur. - Fol. 168-168v.

40 - Eod. an. 1550, septemb. 16 - Romae - Fri. Alphonso de Madrid. - De negotio Vallisoleti, sive Collegii extractione, late Rmo. D. Patriarchae scribimus et nostro quidem, hoc est Italo sermone, cum ad nos ipse Hispano scripserit.

Ad tuas vero literas, qui, ut nonnulli ad nos scribunt, totam hanc turbam commovisti et commovere pergis, nihil respondendum duximus, praeter hoc unum: Si tibi fert animus adversus votum tuae professionis, ut impudenter minaris, pugnare et nostrarum actionum censorem te praebere, quod facis, fac citius. Veni, stemus, ut iudicemus simul. Sunt omnino ista ab opinione, quam de te pridem concepimus, a prudentia tua et meritis erga te nostris remotissima; quae omnia ut videas, una cum tuis asseclis, oramus, ut Deus oculos aperiat.

Nam, quod ad nos attinet, scimus Deo nos omnium, quae agimus, quaeque cogitamus, reddituros esse rationem, freti una dumtaxat illius misericordia; hominibus vero, qui nobis praesunt, para-

ti sumus quotidie actorum omnium nostrorum rationem exponere, de quorum iustitia nihil omnino veremur, modo nos audiant, alteramque aurem praebeant.

Vobis vero, qui nobis divino, humanoque iure obtemperare debetis, donec in hoc erimus ministerio, si quid tentare temere audebitis, illas poenas statuemus, quae legibus erunt et decretis Ordinis consentaneae. Haec vero, quae non sine magno stomacho ad te scribimus, ad quemvis potius quam ad te scribenda essent, qui nostro tantum beneficio, alicuius in ista provincia nominis evasisti. Sed ita vos agitis. Tempori, non veritati servitis; charitatem quacumque minima tentatione extinguitis, obedientiae minas porrigitis. Sed Deus iudex iustus, fortis et patiens, non irascitur per singulos dies. Eum etiam atque etiam oramus, ut vindex horum omnium sit.

Quod de morbis Prioris Vallisoleti et P. Didaci López scribis, eiusmodi sunt, ut si vera sint, in vos, qui praeuistis Capitulo et Provinciae, animadvertendum iure videatur - Reg. eiusdem P. Generalis Dd. 24, fol. 18v-19.

41 - Eisd. an. et mense, die 19 - Ibidem - Priori Vallisoleti, M.<sup>o</sup> Antonio Villasandino - Literas tuas octava die Augusti datas, XVIII Septembris accepimus, placuitque nobis ex te scire, quid per Provinciam et *frem. Alphonsum de Madrid* tentatum sit; vos vero, ut vestrum requirebat officium, ei restiteritis, praesertim cum fr. Alphonsus scribat, quod, ipsis requirentibus et procurantibus, Illmus. et Rmus. D. Patriarcha negotium Collegii Sti. Gabrielis ad nos remiserit, laetamurque non parum quod, sicut non deest in Consilio regio et Illmis. Consiliariis eius iustitia, ita vobis apud illos favor non desit.

Epistolam fratris illius, de qua scribis, non vidimus, miramurque quod eam ad nos, ut promittis, non miseris. Aliis eius literis respondimus, et quae in eo negotio nobis videbantur agenda significavimus. Non te pigeat de omnibus, quae illi in dies tentabunt, nos reddere certiores. - Eod. Reg., fol. 19v-20.

42 - An. 1556, decemb. 12 - Fr. Alphonso de Madrid, - Provinciali Hispaniae - Finem non facimus cogitandi, quomodo isti Provinciae bene consulamus. Negotium, itaque, electionum, quas decet quietem et pacifice transigi, hac tandem ratione componimus, ac breviter terminamus.

*Volumus, enim, electiones fieri a conventibus, easque a Patribus Definitoribus ac Provinciali cognosci et examinari. Quod si electi minus idonei visi fuerint, qui admittantur, integrum ac liberum Ven. Definitoribus et Provinciali fore decernimus, ut ipsi conventibus, iuxta eorum prudentiam, provideant. Haec nobis decernere vi-*

sum fuit. Testisque sit nobis Deus, nihil aliud menti nostrae esse propositum quam Provinciae istius commodum, quietem et salutem, quarum etiam conservandarum gratia facturi sumus omnia, quae semper illius causa faciemus.

Has autem literas, quae hanc nostram mentem, sententiamque probent ac confirment. te Ven. Patribus Deffinitoribus, in Capitulo congregatis, ostendere volumus, cupimusque omnes huic decreto assentire et acquiescere. - Reg. Rmi. P. Christoph. Patavini, Dd. 27, fol. 175.

43 - Eisd. an., mense et die - Eidem, insuper Ven. Provinciali, necnon Ven. Priori Sti. Philippi de Madrid, concessimus, ut cum Sermus. Rex Hispaniae et Angliae Philippus, Summi Imperatoris Caroli V filius, eidem monasterio vasorum, sacrarumque suppelectilium aureos quinque mille donasset, haberetque sacrarum vestium et argenteorum ipse conventus, quod satis superquam esset, possent reliqua bona Sacristiae, quae superfluerent, vendere et in alios commodiores usus convertere; idque auctoritate nostra concessimus, quatenus ea si... Reg. ut supra, fol. 175-175v.

44 - An. 1557, ianuar. VI - Provinc. Hispaniae fri. Alphonso de Madrid - Non unis tantum literis, sed pluribus etiam explicavimus, quae esset sententia nostra de electionibus Priorum in ista Provincia faciendis. Arbitramur tamen iam earum aliquas in manus tuas pervenisse, mittemusque nostram in hoc negotio satis a te spectatam esse. Ut tamen res ista, quae alicuius est momenti, pleniori fide nostra muniatur, eandem nostram sententiam his etiam in literis ascribimus.

Decrevimus enim ipsas electiones fieri debere, quod si electi Ven. Deffinitoribus et Ven. Provinciali minus idonei visi fuerint ad gerendum munus, volumus ut Ven. Deffinitoribus et Provinciali integrum esset, ut de prioribus ipsi conventibus provideant; ita tamen, ut ipsorum provisio melior, quam ea, quam ipsi fratres fecerint, appareat.

De fratribus autem, qui isthinc decedunt sine nostra, superiorumque suorum licentia, confirmamus quod in illos per praedecessorem nostrum statutum fuit, mandantes ut illud ad unguem observent.

Volumus, insuper, ut Magistri per nos creati eisdem gaudeant privilegiis, quibus alii gaudent et pari honore afficiantur.

Curabis, insuper, ut Ven. Mag. Garcia octo aureos Ven. Fri. Bernardo de Atienza, procuratori vestro, persolvat, quos sibi Romae ad mutuum dedit. - Ibid. fol. 191v-192.

45 - Eod. an., iul. 26 - Romae - Provinciali Hispaniae, (Fri. Al-

phonso de Madrid?) - Quendam Ioannem Cortes, Hispanum, Ven. Provinciali Hispaniae et Ven. Provinciali Sardiniae commendavimus, ut reciperent ad Ordinem, in professum dumtaxat, neque ad ulteriorem gradum promoverent, nisi ita se gereret, ut dignum se altiori gradu praesentaret. - Reg. Rmi. P. Gen. Christ. Patavini, Dd. 28, fol. 59.

45 - An. 1557, septemb. 6 - Romae - Provinciali Hispaniae de observantia (Fri. Francisco Serrano, noviter electo). - Pergratum fuit audivisse... Fol. 99)...

Cupimus etiam atque optamus, ut fr. Alphonsus de Madrid, pro Conventus, quem a fundamentis erexit, beneficio, illic priorem agat, ut ad perfectum etiam illud possit adducere. Nobis enim pro certo persuademus quod qui maiorem ac meliorem operam in hoc navare possit, aut velit praeter illum sit nemo. Idcirco, Ven. Provinciali mandamus, et vobis omnibus, ut illum ad ipsum monasterium cito destinare ac mittere curetis, non obstantibus quibuscumque in contrarium, a quocumque et quavis de causa editis.

Postremo, hoc decretum adiacere placuit, quod etiam observari mandamus, ut qui hactenus Provincialatus munere est perfunctus, in sequentibus comitiis Definitorium intret ac de rebus Provinciae, una cum Ven. Provinciali ac Definitoribus, tractare, suamque sententiam in rebus agendis, non secus ac caeteri, interponere possit. Quod profecto ea ratione decernimus, quod, cum ille visitando ac lustrando Provinciam, mores fratrum bene cognitos ac perspectos teneat, poterit in Definitorio loquendo et informando plus satis caeteros adiuvari - Reg. ut supra, fol. 101.

46 - Eod. an. et mense, die 10 - Ibidem - Fri. Alphonso Madritano - Novi putare nos, aut tibi, aut ulli hominum, negare deberi, quae sunt ad honorem et amplificationem istius nostrae Provinciae. Nostra sententia haec est atque etiam semper fuit, ut commune bonum semper privato anteferremus. Eam ob rem, Provinciam mirifice ornaveris duorum *monasteriorum accessione: Agretensis, scilicet, et Madritanum, quem a fundamentis erexit*. Et polliceris insuper te ad umbilicum illa perducere, si in illis, praesertim in Madritano, commoreris. Nos statim Ven. Patribus Definitoribus mandavimus, ut te ad illud monasterium mittant et ibidem in Priorem instituant. Es certe, apud nos atque etiam alios in summa spectatione quod ambobus illis locis sis praestaturus ea quae forte nemo alius. Vide itaque ut ipsorum ac nostro desiderio respondeas et satisfacias - Reg. ut supra, pag. 104.

47 - An. 1558, ianuar. 8 - Romae - M<sup>o</sup> Sebastiano Tuscano - In-

telleximus ex literis Ven. fris. Alphonsi (de) Madrid monasteria Ordinum in Anglia olim ablata, rebus iam pacatis, restituiis praesertim, qui illa redimere sua opera et favore Principum curarent ac mitterent, nostrorumque recuperandorum spem certam esse, si negotium aliqua instantia et sedulitate tentaretur. Itaque placuit nobis etc. - Reg. Dd. 28, fol. 193.

48 - Eod. an., decemb. 11 - Romae - M<sup>o</sup> Alphonso de Madrid - Cum a M<sup>o</sup> Bernardo intellexerimus te grato animo ad Serenissimum Hispaniarum Regem Philippum proficisci velle, ut illuc libentius te conferas, communi praesertim totius Reipublicae nostrae Augustinianae utilitate permotus, tibi munus quodam, seu negotium, per te gerendum demandare nobis visum est, quod in aliis literis, quas ad te mittimus, facimus. Tua, enim, opera, nisi dignum quid fieri posse existimamus. Oportunum, igitur, tempus ad negotium pertractandum deligas.

Quia etiam Provincia Aragoniae et Cathaloniae male administrari intelleximus, nostras etiam adhortationes et admonitiones potius flocifacere quam ipsis emendari, immo in dies in deterius colabi audimus; idcirco, literas quasdam ad te mittimus, quibus Vicarium nostrum Ven. Prem. frem. Antonium instituimus; quod, si ille commode proficisci illuc nequiverit, frem. Petrum Nieto creamus. Cui volueris et aptiori dabis. - Reg. ut supra, fol. 349v.

49 - Eisd. an., mense et die - Ibidem - Eidem M<sup>o</sup> Alphonso de Madrid. - Quantum Ordinem nobis creditum in dies virtutum omnium incrementa suscipere optemus, illustrarique cupiamus, literae, quas sepe ad universum Ordinem mittimus, hoc testantur. Contra vero ipsius dignitatem ac maiestatem imminui videmus, quin vehementi dolore animi angamur, excruciemurque, facere nequimus, quod in regno Angliae aliquando accidisse pro comperto habemus. Quod quidem, Satana suggerente et ad impietatem innumeros, praeserti illos, qui sua autoritate christianam fidem tueri debebant, inducente, quorum opera monasteria omnia, partim dirupta ac solo aequata fuere, partim in laicorum dominium redacta sunt, quae, postquam divina gratia a Regis Hispaniae atque Anglorum piissimaeque Reginae opera, ad Ecclesiae fidem regnum illud reversum est, amissa monasteria recuperare sepe curavimus. Tempora tamen, ob bellicos tumultus, id fieri non tulerunt.

Res propterea hucusque dilata est; nunc vero oportunitus tempus ad ipsum negotium perficiendum esse iudicavimus. Quamobrem, ne eundem semper difficili hoc itineris labore oneremus, Tu nobis ad hoc aptissimus, cui munus hoc demandarem, occurristi, praesentium etc. Te in Anglorum regno, et quovis alio loco, ubi Serenis-

sima Regis maiestas fuerit, pro negotio ammissorum monasteriorum peragendo, Vicarium nostrum declaramus ac instituimus, cum omnibus etc., quibus etc. In nomine etc.

Hortamur vero te et in Domino monemus, ut nullis vigiliis ac laboribus parcas, omnesque vias prosequaris, quibus ad id, quod cupimus aliquando pervenire possimus. Quod si effeceris, non solum utilitati Ordinis atque amplificationi, verum etiam honori tuo plurimum consules. Tibi autem omnem auxilium, quod tibi hac in re agenda praestare possumus, id omne pollicemur. - Reg. ut, supra Dd. 28, fol. 350.

50 - An. 1560, ianuar. 5 - Romae - Fri. Alphonso de Madrid - Fri. Alphonso de Madrid scripsimus, quia nullum coacte ad visitandam Provinciam Aragoniae mittere volebamus propter imminentem periculum, ipse tamen, pro Ordinis beneficio, quod posset id ageret libenter, et res Conventus Romani, per nos sibi commissas, omni diligentia perficere curaret, quod nobis gratissimum esset. - Reg. eiusd. Rmi. P. Ch. Patavini Dd. 29, fol. 61v.

51 - Eod. an., april. 18 - Romae - Fri. Alphonso de Madrid - Fri. Alphonso de Madrid scripsimus, ut monasterium Stae. Mariae de Populo Urbis, solo aequatum, apud Regiam Maiestatem quibus favoribus posset commendaret, rem nobis gratissimam fecisset. Et hoc sub die XVIII. - Reg. Dd. 29, fol. 85.

## Apéndice

### CARTA DE FR. ALONSO DE MADRID A FELIPE II

Muy alto y muy poderoso Señor.

Dios dé a Vuestra Alteza el galardón por la memoria que entre tantas ocupaciones a tenido desta su casa. La qual en ella se tiene más en particular que de otra persona alguna, suplicando a Dios por el aumento de la vida y estado de Vuestra Alteza y que Dios le traiga a bien a estos sus reinos, que es la cosa que más de coraçon se a deseado de todos en común grandes tiempos a, y destes sus capellanes en particular; porque como esta casa sea hechura de Vuestra Alteza, tenemos más obligación que otros algunos de tener presente a Vuestra Alteza en nuestros sacrificios y oraciones, como lo hazemos. El quarto de la sacristía va conforme a la traça que Vuestra Alteza vio y va ya fuera de tierra casi estado y medio por algunas partes, y va todo de ladrillo y piedra, porque a sido menester. La sacristía lleva sesenta pies de lar(*go*) y veinte y siete de ancho y el edificio del arco de la puerta va al me(*dio*). Suplico a Vuestra Alteza que si es servido y a tomada la divisa, me la mande enviar para que se ponga en el arco juntamente con las armas patriarcales (?), antes que se cierre el arco, como estando en esta villa se lo supliqué y Vuestra Alteza me hizo merced de me ofrecer que en tomándola me la mandaría enviar; y si no la a tomado, con ésta envió una imaginación mía que con deseo de servir a Vuestra Alteza me ocurrió, debuxada juntamente con la declaración del motivo della en escrito. Suplico a Vuestra Alteza perdone mi atrevimiento y reciba mi voluntad, que es muy afectuosa para el servicio de Vuestra Alteza. Cuya vida y estado Dios favorezca y prospere a su santo servicio.

Desta su casa y convento de Sant Philipe en Madrid, 7 del mes de setiembre 1549.

Beso los reales pies de Vuestra Alteza su humilde y muy cierto capellán.

Fray Alonso García de Madrid.

(*Al dorso*): Al muy alto y muy poderoso Señor el Príncipe Nuestro Señor.